CURRENDA XIII.

A. D. 1869.

Nr. 3760.

Ex causa litterarum summae venerationis et devotionis, Summo Pontifici Pio IX. ob quinquagesimum anniversarium sacerdotii diem hoc anno celebratum undequaque ex universo orbe catholico a fidelibus cunctis oblatarum, Idem Summus Pontifex Pius IX litteris ad generalem Congregationem consociationum catholicarum pro Austria datis, omnibus Fidelibus in Austria gratum Suum animum profiteri, et Apostolicam benedictionem *permanenter* gratiosissime elargiri dignatus est. Has litteras Vobiscum Venerabiles Fratres! communicando, simul Vos praesentibus provocamus, ut mox prima opportuna occasione populum fidelem desuper informetis, et simul ipsi cum populo fideli ad ferventes preces pro incolumitate Ejusdem Sanctissimi Patris Nostri fundendas incitemini.

Copia.

Dilectis Filiis Josepho Landgravio a Fürstenberg ac Fidelibus in Austria.

Pius PP. IX.

Dilecti Filii, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Maximam certe laetitiam, ac voluptatem Nobis attulerunt vestrae Litterae pluribus voluminibus insertae, ac datae cum quinquagesimus anniversarius appropinquaret dies, quo divinum Sacrificium omnipotenti Deo primitus obtulimus. In eisdem enim Litteris undique enitet, Dilecti Filii, egregia vestra religio, et singularis erga Nos, et hanc Petri Cathedram fides, dilectio et observantia, atque ardentissimum sane studium, quo Deum exoratis pro Nostra incolumitate, prosperitate, et optatissimo Ecclesiae sanctae triumpho. Equidem, Dilecti Filii, vehementer delectati sumus hisce praeclaris animorum vestrorum significationibus, quae omni laude dignissimae luculenter ostendunt quanta religione praestetis. Itaque gratissimum animum Nostrum Vobis profitemur, ac summopere optantes mutuam Vobis rependere vicem a bonorum omnium largitore Deo humiliter, et enixe exposcimus, ut omni vera felicitate Vos laetificet, et divinae suae gratiae abundantia repleat. Pergite vero, Dilecti Filii, majore usque studio misericordiarum Patrem indesinenter precari, ut omnipotenti sua virtute efficiat, ut ex Oecumenico Concilio a Nobis indicto, ac die 8. fu-

turi mensis Decembris inchoando maxima et optata in catholicam Ecclesiam, et humanam societatem bona redundent, utque, omnibus profligatis erroribus, omnibusque sceleribus, et vitiis radicitus extirpatis, omnes miseri errantes de perditionis via ad rectum justitiae, veritatis, ac salutis tramitem redeant, utque sanctissima nostra fides, religio, ejusque salutifera doctrina, omnesque virtutes ubique terrarum magis in dies vigeant, efflorescant, ac dominentur. Denique coelestium omnium munerum auspicem, et praecipue Nostrae benevolentiae pignus Apostolicam Benedictionem toto cordis affectu Vobis, Dilecti Filii, peramanter impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die 10 Maji Anno 1869.

Pontificatus Nostri Anno Vicesimotertio. PIUS PP. IX. m. p.

In fidem Fürstenberg.

Nr. 142 praes. ex a. 1868.

Haud raro causae ad Nos devolvuntur fine cognitionis et decisionis, ubi nupturientibus ob sponsalia cum alio, sive jam rescissa mutuo recessu seu mutuo consensu spondentium, sive vero ab una solummodo parte propugnata, altera tantum parte resiliente, obstacula ad matrimonium contrahendum ponuntur, et quidem ob ipsum tantum sponsalium impedimentum, quod tenore s. canonum (cf. §. 57. Jnstr.) prohibens tantum seu impediens non autem dirimens est impedimentum.

Evenit quoque, ut casus ejusmodi sponsalium sive mutuo consensu solutorum utraque parte resiliente, sive una tantum parte recedente, altera vero parte insistente, Nobis fine dispensationis super hoc impedimento impertiendae proponerentur.

Si vero perpendamus, sponsalia e tenore legis civilis de 25. Maji 1868 (cf. Curr. XII & XIII ex 1868.) non tantum nullum impedimentum matrimonii pro foro civili constituere, verum etiam nullam obligationem ad matrimonium contrahendum in eodem foro involvere; hinc etiam, si impedimento huic rigidius insistatur, nupturientibus facile sollicitationem instare posse, ut matrimonii quantocyus celebrandi desiderio flagrantes, tum ipsius impedimenti rigori, tum s. canonum sanctioni de forma matrimonii in facie Ecclesiae contrahendi supersedeant, et coram magistratu civili voti sui compotes evadere satagant: si porro perpendamus, Ecclesiam nupturientium libertatem in electione conjugis nunquam non tueri (cf. §. 108. Justr. pro J. M.) et propterea neminem a sponsalibus resilientem, ad promissionem sponsalibus datam, implendam seu ad ipsum matrimonium contrahendum, cogi posse: (cf. §. 109. Jnstr. citatae) hinc sponte ipsa fluit, inter recentia praesertim rerum adjuncta, omni cum prudentia et circumspectione in hoc negotio versari oportere, ut nimirum et canonicarum sanctionum debitus habe-

atur respectus, et iterum ne iisdem plus justo inhaerendo, inducatur periculum pro nupturientibus, easdem spernendi, et sic dictum matrimonium civile contrahendi.

Ut jam hoc obtutu uniformis modus teneatur, sequentia observanda statuimus.

1) Ante omnia investigandum est, num reapse sponsalia rite et valide inita obtineant. Quodsi autem reapse obtineant, utique dissolvi possunt vel mutuo consensu, utraque parte resiliente, vel vero declaratione Curiae Episcopalis, si una tantum pars resiluerit altera vero pars eisdem institerit.

a) Si mutuo consensu sponsalia cessaverint nil amplius de vigore *impedimenti sponsalium remanet*, et utraque pars resilientium cum alio vel alia ad matrimonium convolare potest.

b) Si vero una pars resiliat, altera autem insistat, observanda sunt supra jam adducta, ut nimirum conformiter §§. 108 et 109 Jnstr. pro J. M. cum resiliente, admonitionis potius quam coactionis instar agatur.

Quodsi igitur admonitioni huic, pars resiliens ad promissionem sponsalibus datam implendam, morem non gesserit; non sunt caussandae eidem molestiae, quominus cum alio vel alia contrahat. Utique hoc casu declaratione Curiae Episcopalis sponsalia tamquam soluta sunt pronuncianda; verum si e rerum adjunctis certo cognitum sit: resilientem e justa causa a sponsalibus recedere, aut vero constantem animum cum alio vel alia contrahendi demonstrare, et matrimonii celebrationem adeo urgere, ut provocatione Curati ad Curiam Episcopalem fine decisionis negotium retardaretur, et pars impatiens prona sit civiles magistratus fine matrimonii ineundi accedere, poterunt Curati, quin Nostram declarationem expetant, nupturientem hunc ad celebrationem matrimonii admittere.

Observandum est in nullo horum casuum a) et b) dispensatione opus esse, quia sponsalia, ubi de jure tertii privato acquisito agitur, nullum objectum dispensationis constituunt. (Bened. XIV. Syn. Dioec. L. IX. c. 2.)

Casu vero altero sub b) non pro dispensatione, sed fine declarationis obtinendae: sponsalia irrita reddi, supplicandum est, si rerum adjuncta id admittunt, et periculum civilis matrimonii non obtinuerit.

2) Nullam porro causam canonicam subministrare potest matrimonium denegandi propter jus praetensum ad compensationem damni temporalis, ex rescissione sponsalium uni vel alteri partium illati; nam hujus causae cognitio pertinet ad magistratus civiles; poterunt vero Curati hoc casu viam privatae conventionis, cum litigantibus tentare, quodsi vero frustra laboraverint, nil amplius restabit, quam litigantes ad forum civile relegare.

Idem quoque obtinet, si sponsalibus ligati jam proles illegitimas progenuerint.

Quamvis enim pro hoc casu alioquin valde exoptandum sit, ut prolis illegitima, per matrimonium successive initum legitimitatem acquirat, et Curati admonitiones eo adlaborare

oportere, ut genitores naturales secum legitime contrahant; tamen si admonitione id obtineri haud potuerit, a coactione abstinendum est. —

Notandum est, hic tantum de sponsalibus sermonem fieri, non autem de impedimento *Justitiae publicae honestatis* ex sponsalibus proveniente (cf. §. 35. Instr. p. J. M.); super hoc enim impedimento dispensatio canonica nunquam non expetenda est.

In casu difficiliori Curati ad salvandam conscientiam, Nostram Curiam fine disponendorum obibunt.

Haec ordinatio pro stricta inserviat directione.

N. 3655.

Novus modus communicationis epistolaris via postali introducitur.

Reichs-Gesetz-Blatt

LXII. Stück ex 1869.

148.

Verordnung des Handelsministeriums vom 22. September 1869,

betreffend die Einführung von Correspondenzkarten im internen Verkehre.

Im Einvernehmen mit dem königl. ungarischen Handelsministerium werden vom 1. Oktober 1869 an, von der Postverwaltung Correspondenzkarten ausgegeben, mittelst welcher kurze schriftliche Mittheilungen nach allen Orten der österreichisch-ungarischen Monarchie ohne Unterschied der Entfernung gegen eine gleichmäßige Gebühr von zwei (2) Neukreuzer befördert werden können.

Hinsichtlich des Verschleißes, der Ausfertigung und Behandlung derselben werden folgende Bestimmungen festgesetzt:

1. Die gestämpelten Correspondenzkarten sind bei allen Postämtern und Briefmarkenverschleißern um den Preis von zwei (2) Neukreuzer per Stück zu beziehen, und sind offen (ohne irgend welchen Verschluß) aufzugeben.

2. Dieselben sind so wie Briefe mit einer deutlichen Adresse zu versehen, welche

den Vor- und Zunamen des Empfängers, den Bestimmungsort, und wenn sie nicht poste restante lauten, auch die Wohnung des Empfängers genau entnehmen lassen soll.

Der Bestimmungsort ist, falls mehrere Orte gleichen Namens bestehen, durch Beisetzung des Landes und Bezirkes, und wenn er nicht selbst Standort eines Postamtes ist, durch Beisetzung des Postamtes, in dessen Rayon er gehört, näher zu bezeichnen.

Die Adresse ist auf der Vorderseite der Karte anzubringen.

3. Die Rückseite der Karte ist für die schriftlichen Mittheilungen bestimmt.

Dieselben können, sowie die Adresse, mit Tinte, Bleistift, farbigem Stift u. s. w. geschrieben sein, doch ist für die Deutlichkeit und Dauerhaftigkeit der Schriftzüge Sorge zu tragen.

4. Die Karten können vorläufig nur nach Orten der österreichisch ungarischen Monarchie versendet werden, und sind wie durch Marken frankirte Briefe aufzugeben.

Die Rekommandation derselbeu kann gegen die gewöhnliche Rekommandationsgebühr stattfinden, die Marke für die Rekommandation ist auf der Rückseite neben den Worten: „Raum für schriftliche Mittheilungen" aufzukleben.

5. Für die Nachsendung einer Correspondenzkarte an einen anderen als den auf der Adresse bezeichneten inländischen Ort, oder für die Rücksendung an den Aufgabsort wird eine weitere Gebühr nicht eingehoben.

6. Für die Zustellung der Karten ist an Orten, an welchen keine ärarischen Briefträger bestellt sind, die Zustellungsgebühr von einem (1) Neukreuzer zu entrichten.

7. Die Postanstalt übernimmt keine Verantwortlichkeit für den Inhalt der Mittheilungen.

Die Postämter sind jedoch angewiesen, in ähnlicher Weise, wie es bezüglich der Briefe mit unstatthaften Beisätzen auf der Adresse angeordnet ist, auch die Correspondenzkarten von der Beförderung, beziehungsweise Zustellung dann auszuschließen, wenn ihnen auffallen sollte, daß hiemit Unanständigkeiten, Ehrenbeleidigungen oder sonst strafbare Handlungen beabsichtigt werden.

8. Der Umtausch von Correspondenzkarten, welche vor ihrer Aufgabe durch Versehen oder Zufall unbrauchbar geworden sind, kann gegen Erlag des Betrages von 1 Neukreuzer in derselben Weise und unter denselben Bedingungen stattfinden, welche für den Umtausch verdorbener Briefcouverts festgesetzt sind.

Brestel m. p.

L. 3726.

Zwraca się uwagę Wielebnego Duchowieństwa dyecezalnego na zachowanie przepisów stęplowych w przypadkach odezwą c. k. Dyrekcyi finansowéj krajowéj poniżéj umieszczoną, oznaczonych.

Nr. 43992.

Note.

Es häufen sich die Fälle immer mehr, daß von Seite der Pfarrämter bei Ausfertigung der Matrikel-Auszüge den Stempelvorschriften nicht entsprochen wird.

Namentlich pflegen die Pfarrämter die Matrikelauszeige ohne Rücksicht auf den Zweck, für welchen sie ausgestellt werden, ungestempelt auszufertigen und sich am häufigsten hiezu der, für die sogenannten Familienauskünfte aus Anlaß der angesprochenen Militärbefreiung, bestimmten Drucksorte zu bedienen. Nach T. P. 102 d. des Gebührengesetzes sind die Matrikelauszüge nur dann bedingt stempelfrei, wenn sie behufs der Militärbefreiung aus gesetzlichen Gründen, ausgefertigt werden.

Wird jedoch der Matrikelauszug zu andern Zwecken ausgefertigt, oder, was am häufigsten geschieht, mit dem Gesuche um Heirathsbewilligung beigebracht, so genießen die zu diesem Zwecke beigebrachten Matrikelauszüge die Stempelbefreiung nicht.

Wenn daher ein Matrikelauszug zu einem die Stempelbefreiung begründenden Zwecke ungestempelt ausgefertigt wird, so muß nach Absatz 5 der Vorerrinnerungen zum Gebührentarif des Gesetzes vom 9. Februar 1850 der die Stempelbefreiung begründende Zweck, für welchen der Matrikelauszug ausgestellt wurde, auf demselben von dessen Aussteller selbst ersichtlich gemacht werden. Thut dieß der Aussteller nicht und wird sodann von dem Matrikelauszuge ein stempelpflichtiger Gebrauch gemacht, so trifft ihn nach §. 71 des Gebührengesetzes die Haftung für die verkürzte Stempelgebühr und die nachtheiligen Folgen der Verkürzung.

Einige Pfarrämter stempeln die Matrikelauszüge nach der Anzahl der darin aufgeführten Personen. Nach Anmerkung zur T. P. 73 ist die Stempelgebühr von 50 kr. für Matrikelauszüge so oftmal zu entrichten, als mit denselben Geburts- Trauungs- und Sterbefälle bestätigt werden.

Ferner müssen nach §. 3 der Stempelmarkenvorschrift vom 28. März 1854 (R. G. Bl. Nr. 70) die zu den Matrikelauszügen zu verwendenden Stempelmarken gehörig überschrieben und bei Verwendung der Drucksorte, an einer für die Handschrift ausgesparten Stelle so befestigt werden, daß von der Handschrift wenigstens eine Zeile über die Marke geht.

Diese Überschreibung der Stempelmarken pflegen die Pfarrämter zu unterlassen, nach §. 14 der bezogenen Stempelmarkenvorschrift sind aber die nicht gehörig überschriebenen Stempelmarken als gar nicht vorhanden anzusehen.

Um daher diesen Stempelanständen endlich Einhalt zu thun, wolle das Hochwürdige Konsistorium den unterstehenden Clerus gefälligst neuerdings beauftragen, bei der Ausfertigung der Matrikelauszüge sich nach den bezogenen gesetzlichen Vorschriften genau zu benehmen, indem sonst die Aussteller der Matrikelauszüge nach §. 12 des Unterrichtes vom 3. Mai 1850 über die Verpflichtungen, welche das Gebührengesetz den öffentlichen Behörden, Ämtern und Amtspersonen auferlegt, die Haftung für die verkürzten Stempelgebühren und die nachtheiligen Folgen dieser Verkürzung unnachsichtlich treffen würde.

Die getroffene Verfügung wolle gefälligst hieher mitgetheilt werden.

K. k. Finanz-Landes-Direktion

Lemberg am 22. September 1869.

L. 3651.

Poleca się sprzedaż symboli szkaplerzowych u P. Konst. Laszkiewicza we Lwowie, który tym celem udał się z prośbą do tutejszego Konsystorza jak następuje:

„Zostałem przez kilku Wielebnych Duchownych wezwany, ażeby im sprowadzić Symbole na szkaplerze, co ja chętnie uczyniłem; ażeby je jak najtaniéj policzyć można, sprowadziłem większą ilość; jest mi znajomo, że przy każdéj Parafii Bractwo szkaplérzowe się znajduje, a Wielebni Księża o to się starają, żeby takie Symbole ładne i tanie były, tylko niewiedzą zawsze gdzie ich nabyć można.

Podług przyłączonego odcisku można u mnie dostać *na płótnie drukowane* po cenie złr. 2 cent. 50 za 100 par.

Ja zanoszę tę prośbę w następnéj Kurendzie ogłosić, że ich u mnie dostać można.

Z głębokim szacunkiem

Konst. Laszkiewicz,

ulica Halicka Nr. 294. we Lwówie.“

Dodaje się, że jeden tylko exemplarz mały wspomnionego odcisku był przysłany i że Konsystorz sprowadzeniem tychże symbolów trudnić się nie będzie. Wielebne Duchowieństwo udać się zechce wprost do Konstantyna Laszkiewicza we Lwowie.

Nr. 3685 et 3901.

Piis ad aram precibus commendantur animae:

1) P. Dionysii Schönweitz, ex Ordine Patrum Bernardinorum Conventus Calvariensis, qui S. Sacramentis moribundorum provisus die 1. Januarii 1869 anno aetatis 69 et sacerdotii 43 est mortuus.

2) P. Fulgentii Czepiel, ex eodem Ordine et Conventu, qui SS. Sacramentis provisus die 26 Julii 1869 anno aetatis 47 et sacerdotii 19 in Domino obiit.

3) Antonii Sutorski, anteacti Parochi in Chochołów, qui in villa sua Drochobyczka, Dubiecko, Parochia Dioeceseos Premisliensis, die 23. Septembris 1869. aetatis suae 69. anno transacto, sacerdotii vero 44 expleto, Sacramentis moribundorum rite provisus, ex hac vita migravit, atque substantiam suam 20000 fl. v. a. pro stipendiis in rem pauperum studiosorum natalis loci sui Myślenice ultimae voluntatis suae documento legavit, qui casus mortis mediante Consistorio Episcopali Premisliensi ritus latini sub 15. Octobris 1869. N. 1990 ad notitiam est delatus.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 20. Octobris 1869.

Josephus Alojsius,

Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancell. substit.

Tarnoviae, 1869. Typis Anastasii Rusinowski, Typographi Episcopalis. Impensis Consistorii.